Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31706
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

ipse composuit. Sepultus est apud constantinopolim. ad quam urbem uicesi
mo constantini anno. ossa eius cum reliquiis andree apli translata sunt de achaia. .VII.
MARCVS discipulus et interpres PETRI uiuente quod petrum referente audierat ro
gatus rome a fratribus breue scripsit euangelium. Quod cum petrus audisset probauit
et ecclesiis legendum sua auctoritate dedit. Sicut scribunt Clemens in sexto informa
tionum libro. et papias hierapolitanus episcopus. Meminit huius marci et PETRVS in
prima epistola sub nomine babylonis figuraliter romam significans. Salutat
uos ecclesia que est in babylone electa. et marcus filius meus. Assumpto itaque
euangelio quod ipse conferebat prexit in egiptum. et primum alexandrie xpm annun
cians. construit ecclesiam. Tanta doctrina et continentia fuit ut omnis sectato
res xpi ad exemplum sui cogeret. Denique philo diserrissimus iudeorum uidens alex
andrie primam ecclesiam adhuc iudaizantem quasi in laudem gentis suae librum
super eorum conuersationem scribit. Et quomodo lucas narrat hierosolimis credentes
omnia habuisse communia. sic ille quod alexandrie sub marco fieri doctore
cernebat memorie tradidit. Mortuus est autem octauo neronis anno. et se
pultus alexandrie succedente sibi anano. .VIIII.
IOHANNES apostolus quem ihc amauit plurimum. filius zebedei. et frater iacobi apli. quem hero
des propter passionem decollauit nouissimus omnium scripsit euangelium. rogatus ab asie episcopis.
aduersus cerinthum. et alios hereticos. et maxime contra hebionitarum dogma con
surgens. qui asserunt xpm ante mariam non fuisse. Non compulsus est diuinam eius natu
uitatem edissereret. Sed et alie cause huius scripture fuerunt. quia cum legisset mathei.
marci. et lucae uolumina. probauerit quidem textum hystorie. et uera dixisse fir
mauerit. sed unum tantum anni in quo et passus est post carcerem iohannes hystoriam
texuisse. Pretermisso itaque anno. cui acta attribuit exposita fuerant supioris temporis
ante quam iohannes claudereturur in carcere gesta. narrauit. sic manifestum
esse poterit his qui diligenter quatuor euangelio uolumina legerint. Que
res diafoniam. et que uidetur iohannis ei dissonantia cum ceteris tollit. Scip
sit autem epistolam cuius exordium est. Quod fuit ab initio. quod audiuimus. et uidimus
oculis nostris. quod perspeximus. et manus nostre palpauerunt de uerbo uite. que
ab uniuersis ecclesiasticis et eruditis uiris probatur. Reliqueque autem duae quarum
principium est. Senior electe domine et filiis eius. et sequens. Senior gaio karissimo.
quem ego diligo in ueritate. iohannis presbiteri asseruntur. cuius et hodie alterum se pul
chrum apud ephesum ostenditur. Et non nulli putant duas memoratas eius de
iohannis euangeliste esse. Sup qua re cum pordine ad papiam auditorem eius uentum
fuerit disserem. Quarto decimo quoque anno. secta post neronem persecutione
iubente domitiano in pathmos insula relegatus scripsit apokalipsin.